

## CAPUT V.

## Resolvuntur quaedam Dubia ad praxim spectantia.

1. - Quaeritur 1°. *An qui moraliter certi sunt nullum perversionis periculum incurrendi, possint absque licentia prohibitos libros legere?*

Probabile esse eo casu quod possint, putarunt aliqui cum Caramuele <sup>a)</sup>, laxorum facile principe: dicentes quod, cessante fine legis adaequato, cessat lex prohibitionis. — Sed cum sententia communissima, quam tenent Castropalaus <sup>b)</sup> cum Suarez <sup>b)</sup>, Toletus <sup>b)</sup>, Sanchez <sup>b)</sup> et Tamburinus <sup>1)</sup>, omnino negandum; primo, quia licet probabilis esset opinio quod cesset lex, cessante ipsius fine adaequato, etiam in casu particulari (cui opinioni alias opponitur communior et probabilior sententia, eo quod cessante fine damni in particulari, non cessat nihilominus finis legis in communi, qui est ut vitetur periculum hallucinationis): licet, inquam, opinio illa a pluribus habeatur ut probabilis, nempe Soto <sup>c)</sup> Cajetano, Silvestro, Valentia, Cardenas, etc.; attamen quoad lectionem librorum

damnatorum, minime potest esse probabilis, quia in hac re nunquam periculum omnino cessare potest, vel saltem nunquam finis prohibitionis cessat adaequate, neque in communi, neque in particulari. Prohibitionis enim finis non solum est, ut damnatum vitetur conscientiarum ex lectione pravorum librorum, sed etiam ut servetur obedientia Ecclesiae debita, maxime in re tam periculosa; et insuper finis est, ne detur ansa haeticis, aut aliis improbis scriptoribus, perniciose typis demandandi.

2. - Hinc nullo modo permittendum alicui legere damnatos libros, etiamsi ipse putet respectu sui omne abesse periculum. Tantummodo, ut supra notavimus, concilium Carthaginense IV permisit episcopis legere libros haeticorum *pro necessitate et tempore*.

Caeterum non videtur improbable id quod plures DD. docent, Holzmann <sup>2)</sup>, Elbel <sup>a)</sup> cum Mayr <sup>a)</sup>; item Laymann <sup>b)</sup> et Dicastillus <sup>b)</sup> apud Lacroix <sup>3)</sup>, nempe ex

cas. 3. - *Cardenas*, Crisis, disp. 62, n. 40. - *Conc. Carthag.*, vide supra cap. 2, n. 5. — <sup>2)</sup> De Virtut. theol., n. 77, v. *Sed numquid*. — <sup>3)</sup> Lib. 7, n. 343.

Ex epikeja quandoque licet legere.

<sup>1)</sup> Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 41. - *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2. - *Silvest.*, v. *Lex*, qu. 8 et 9, vers. *Octavo*. - *Valent.*, in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 5, qu. 6; punct. 5, § 2,

1. - <sup>a)</sup> Caramuel oppositum tenet cum ipso S. Alphonso, dicens in sua *Theol. fundamental.*, fundam. 17, qu. 2, n. 644 et seqq., talem mortaliter peccare, quia in hoc periculo non consistit adaequatus finis legis.

<sup>b)</sup> Castropalaus, *tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 8*, de librorum retentione loquitur, et quaerit utrum censuram incurrat, qui « ad confutandos errores, sine periculo perversionis » eos retineat; et n. 9 respondet: generaliter loquendo, incurri censuram (ergo mortale esse peccatum), « quocumque fine libros heretici retineas, absque licentia illius qui illam dare potest ». Pro qua sententia auctores citat, qui revera eodem sensu loquuntur, nempe Suar., *de Fide*, disp. 20, sect. 2, n. 21; Sanchez, *Decal.*, lib. 2, cap. 10, n. 53; Toletus (qui tamen directe de ipsa lectione loquitur), *lib. 1, cap. 19, n. 9*. At certe si sola librorum retentione peccatum mortale inducat, idem et potiori ratione dicendum erit de lectione.

<sup>c)</sup> Sotus, *de Just. et Jure*, lib. 1, qu. 6, art. 8, vers. *Quaestio incidens*, oppositam sen-

tentiam tenet cum S. Alphonso, uti ipse S. Doctor notavit supra, *lib. 1, n. 199*.

2. - <sup>a)</sup> Elbel omnia hic a S. Alphonso dicta clare significat; dicit enim, *de Censur.*, conf. 3, n. 99, dari posse locum epikejae: « in tantum ut vir prudens ac discretus v. g., ad convincendum haeticum aut retundendum eorum insultum, vel informandos alios, etc., tuta conscientia possit inquirere aliquam citationem vel textum in libro haetico... Casu quo tamen necessitas frequentioris conversationis talem retentionem vel lectionem suaderet aut exigeret, opus erit ut talis petat facultatem a summa sede, prout bene notat noster P. Cherubinus Mayr, in *Trismeg.*, n. 196 ». Et revera Mayr in citato *Trismeg.*, n. 196, negat posse eo casu retineri aut legi libros haeticorum, et ait petendam esse licentiam a Sancta Sede vel etiam ab Ordinario.

<sup>b)</sup> Laymann, *lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 5*, dicit tantum (et ita quidem a Croix affertur)

justa epikeja excusari virum pium et doctum, legentem librum haeticum, si necessario tali indigeat lectione ad convincendum aliquem haeticum ex suo proprio, puta inveniendos contradictiones, concessionem, fallacias, et similia; dummodo (dixi) urgeat necessitas, et insuper non pateat recursus ad Romam, vel ad proprium episcopum. Licet enim ordinarie a Pontifice vel a Congregationibus Romanis sacrae Inquisitionis vel Indicis, licentia legendi libros prohibitos impetranda sit; tamen in casu magnae necessitatis poterit episcopus illam impertire. Viva <sup>1)</sup>.

3. - Quaeritur 2°. *Quaenam requirantur, ut incurrant excommunicationem qui scienter retinent, legunt, imprimunt, vel defendunt libros haeticorum?*

Requiritur <sup>a)</sup> 1°. Ut auctor sit haeticus, vel saltem, prout dicit Holzmann <sup>2)</sup>, ut liber, quamvis lateat auctor <sup>b)</sup>, ex professo tractet de haeresi. — Non autem incurrunnt legentes libros infidelium, licet haeresim contineant. Ita Suarez <sup>3)</sup>, et Salmant. <sup>4)</sup> cum Sanchez, Palao, etc. Libri vero *Thalmud*, et similes Hebraeorum, prohibentur per bullas Pii IV et Clementis VIII. Vide apud Lacroix <sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> De Censur., qu. 5, art. 1, n. 10. — <sup>2)</sup> De Virtut. theol., n. 78, vers. *Qui legunt*. — <sup>3)</sup> De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 11. — <sup>4)</sup> Tr. 10, de Censur., cap. 4, n. 71. - *Sanct.*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 22. - *Pal.*, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, n. 1 cum n. 7. - *Pius IV*, in Indice Trid., lit. T. incertor. auctor.; promulgato per Breve *Dominici gregis* 24 Martii 1564, in Bullar. Rom. Mainardi. - *Clem. VIII*, Breve *Sacrosanctum*, 17 Octobr. 1595, confirmans Indicem. Cfr. Bull. *Cum Hebraeorum*, 28 Febr. 1592, in Bullar. Mainardi. Cfr. etiam Observat. Clementis VIII ad regulam 9 Indicis. — <sup>5)</sup> Lib. 7,

4. - Requiritur 2°. Ut hujusmodi libri haeticorum scienter legantur aut retineantur, ut dicitur in bulla. — Unde excusantur legentes a censura, non solum ignorantia invincibilis, sed etiam crassa, imo juxta plures: Sanchez <sup>a)</sup>, Silvestrum, Bonacina <sup>b)</sup>, Roncaglia, Salmant., etc., (vide *Lib. VII, n. 47 et 48*), etiam affectata: quia (ut dicunt) in ea, rigorose loquendo, deest dolus formalis, qui verum censurae contemptum inducit.

5. - Requiritur 3°. Ut liber vel de religione tractet, vel haeresim contineat. — Sufficit autem ut liber tractet de religione <sup>a)</sup>, tametsi errorem non contineat, nempe de sacra Scriptura, aut de theologia, aut canonibus, ritibus Ecclesiae, aut aliis rebus spiritualibus. Ita Sanchez <sup>6)</sup>, Laymann <sup>7)</sup>, Suarez <sup>8)</sup>, Salmant. <sup>9)</sup> et alii. — Sufficit etiam, ut liber unum solum errorem contineat contra fidem, etiamsi de alia re agat. Sanchez, Bonacina, Castropalaus et Salmant. <sup>10)</sup>. (Vide *Lib. VII, n. 283*).

Quid, si error sit abrasus a libro? Adhuc remanere prohibitum tenent multi DD., Suarez, Sanchez <sup>11)</sup>, Bonacina et alii; quia particularis illa expunctio

n. 333. - *Silvest.*, v. *Culpa*, n. 14, qu. 11. - *Roncaglia*, de Censur., qu. 1, cap. 5, qu. 1, resp. 4, p. med. - *Salmant.*, tr. 10, cap. 1, n. 199; et cap. 4, n. 74. — <sup>6)</sup> Decal., lib. 2, cap. 10, n. 21 cum n. 34. — <sup>7)</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 4. — <sup>8)</sup> De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 16. — <sup>9)</sup> Tr. 10, cap. 4, n. 72. - *Sanct.*, loc. cit., n. 34. - *Bonac.*, disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, n. 20. - *Castrop.*, tract. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, n. 7. — <sup>10)</sup> Loc. cit., cap. 4, n. 72. - *Suar.*, de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 10. — <sup>11)</sup> Loc. cit., n. 35, i. f. - *Bonac.*, loc. cit., punct. 4, n. 20, i. f.

accidere posse casum, « quo aliquis vir prudens ac doctus in Germania nihil peccabit, si locum aliquem contradictionis in haetico auctore quaerat, certo sperans, eo exhibito, alterum ad fidem catholicam se perducendum esse ». Eo enim casu, vincendum esse ait ecclesiasticam legem, lege caritatis naturali. Cujus sententiam Dicastillus, *de Censur.*, disp. 3, n. 1195, affert, quin eam approbet aut reprobet, quamvis Lacroix absolute asserat Dicastillum Laymanni sententiam admittere.

3. - <sup>a)</sup> Quoad haec et seqq., recole quae monuimus supra ad cap. 2, n. 11, nota a, ex novo jure constit. *Officiorum*.

<sup>b)</sup> *Quamvis auctor lateat*, scilicet ignoratur in particulari seu in individuo, sed aliunde sufficienter sciatur vel indubitato praesumatur esse haeticus, ut ipsemet Holzmann explicat.

4. - <sup>a)</sup> Sanchez, in *Decal.*, lib. 2, cap. 10, n. 38, omnino consentit, « nisi (ita limitat) quando vehementem suspicionem habuit malitiae libri: tunc enim reputabitur sciens ». Sed sibi contrarius est Sanchez; nam, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 33, n. 40, docuerat: « Affectata ignorantia... nunquam excusat ab his poenis scientiam ac praesumptionem exigentibus ».

<sup>b)</sup> Bonacina hanc utique sententiam, *disp. 1, de Censur.*, qu. 2, punct. 1, n. 11, tuetur; eam tamen, *disp. 2, de Excom.*, qu. 5, punct. 4, n. 9, his verbis limitat: « Modo ignorantia non sit conjuncta cum ingenti temeritate; tunc enim censetur adesse scientia. Ingens temeritas dicitur, quando habetur magna suspicio pravitatis libri ».

5. - <sup>a)</sup> Scilicet « ex professo », ut notant auctores allegati.

Ut liber scienter legatur.

Ut tractet de religione vel haeresim contineat.

Quando excusetur, si error sit abrasus.

Requiritur licentia, quamvis non sit periculum.

Ad excommunicationem requiritur ut auctor sit haeticus.

non aufert communem libri proscriptio- nem. — Sed alii, ut Pignatellus et La- croix<sup>1</sup>, dicunt excusari a censura illum, qui reliqua libri legit; quia tunc liber non amplius continet haeresim, nec offendiculo esse potest. Idque probabile vide- tur cum Sporer<sup>2</sup>, semper ac liber non de religione tractet, sed de alia materia, v. gr. de philosophia aut de historia: exceptis tamen libris Centuriatorum Mag- deburgensium, et similibus, in quibus re- vera de religione agitur.

6. - Requiritur<sup>3</sup>. Ut lectio sit in ma- teria notabili. Nam communiter DD. in hac re bene admittunt, dari parvitatem materiae; discrepant vero in assignando, quatenam sit materia parva. — Alii, id est, Sanchez<sup>4</sup> cum Sà<sup>5</sup>, Manuele<sup>6</sup> et Vivaldo<sup>7</sup>, dicunt esse paginam, et quid amplius, si volumen sit ex grandioribus: sed hoc merito (sic saltem generaliter dictum) ab aliis rejicitur. Alii contra,

<sup>1</sup> Pignatell., Noviss. consultat., tom. 2, consultat. 195, n. 36. — <sup>2</sup> Lib. 7, n. 330. — <sup>3</sup> De Virtut. theol., n. 77, vers. *Dicitur* 4. — <sup>4</sup> In Decal., tr. 2, cap. 3, n. 44. — <sup>5</sup> De Fide, confer. 4, num. 113. — <sup>6</sup> Lib. 7, num. 340. — *Mar-*

nampe Graffius<sup>8</sup> et Reginaldus<sup>9</sup> apud Bonacina<sup>10</sup>, dicunt esse tantum tres vel quatuor versus. Alii: Suarez<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup> cum Azor<sup>13</sup>, Coninck<sup>14</sup> et Sanchez<sup>15</sup>, di- cunt esse decem lineas.

Alii tandem: Holzmann<sup>16</sup>, Sporer<sup>17</sup>, El- bel<sup>18</sup>, Croix<sup>19</sup> cum Marchantio, melius distinguunt, et dicunt in hoc attenden- dum finem prohibitionis. Si enim ape- riendo librum, offendis in doctrinam quae directe fidei adversatur, et legis; etiam si paucas lineas legas, excommunicatio- nem non effugies, quia tunc periculo per- versionis jam te exponis. Secus, si liber haeretici ageret de re indifferenti; tunc enim legendo forte usque ad paginam<sup>20</sup>, poteris a mortali excusari, si nullam ibi advertas propositionem erroris suspec- tam. — Caeterum bene incurri potest censura, legendo solum prooemium aut indicem libri, si in notabili quantitate percurratur. Laymann<sup>21</sup>, Bonacina<sup>22</sup>, etc.

*chant*, Tribunal, tom. 2, tract. 2, tit. 2, sect. 4, qu. 2, concl. 1, v. *Petes*. — <sup>12</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 15, num. 5, i. f. — <sup>13</sup> Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, n. 19, (loquens de prooemio).

<sup>8</sup> Sporer, in *Decal.*, tr. 2, cap. 3, n. 40, postquam retulit Sanchezii sententiam, supra a S. Alphonso allatam, ita prosequitur: « Dubium tamen est de ejusmodi libris haereti- corum, quorum principale et totale argumen- tum bonum est, tamen obiter et per accidens haereses et errores continent, ut sunt vere libri historici haereticorum, utpote maxime Centuriatorum Magdeburg., Aventini, Sleidani, Munsterii, etc... Cessante periculo excu- santur, non tantum a censura bullae, sed etiam a prohibitione Indicis et peccato ».

<sup>6</sup> a) - Sanchez, in *Decal.*, lib. 2, cap. 10, n. 31, auctores allegat pro sententia, quae asserit materiam parvam esse unius paginae lectionem; et ita quidem tenent Sà, v. *Excommunicatio bullae Coenae*, n. 2, (in edit. genuina); Manuel Rodriguez, in *Addit. ad § 9 bullae Cruciatæ*, n. 68; Vivaldus, in *Candelabr. aur.*, part. 2, explan. bullae Coe- nae, n. 11 (edit. 1590). At ipse Sanchez sub- dit: « Et ita credo unam solam paginam, quamvis liber sit ex voluminibus majoribus, non sufficere » ad culpam gravem.

<sup>8</sup> b) Bonacina, *disp. 2, de Excom.*, qu. 5, punct. 4, n. 13, auctores adducit pro senten- tia, quae vult tres aut quatuor lineas, mate- riam levem esse; quod revera docet Graffius, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 45; sed Reginaldus non recte a Bonacina allega- tur; scribit enim, lib. 9, n. 254: « Quod... ali-

qui definiunt in hoc negotio tunc posse cen- seri [materiam levem] paucas lineas, cum plu- res non sunt quam decem aut duodecim, ita temperandum est, ut... neque in hac re excu- set, si habeat adjunctum notabile periculum perdendae fidei... Nam si quis legat sex lineas, in quibus contineri putat summam et funda- mentum doctrinae haereticae, quae toto libro tractatur; non video cur non tam contraveniat intentionem prohibentis, quam legendo inte- grum folium, in cujus lectione non est tan- tum periculi ».

<sup>11</sup> c) Suarez, *de Fide*, disp. 20, sect. 2, n. 20, requirit « ut nimis brevis nec multarum li- nearum sit lectio, ut hanc excusationem [levis materiae] admittat ».

<sup>12</sup> d) Palaus, *tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 6*, existimat parvam esse materiam, lectio- nem « quatuor vel decem linearum »; pro qua sententia allegat quidem auctores rela- tos, sed minus recte. Nam Azor, *part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 3*, dicit adesse materiae parvi- tatem « in legendo uno aut altero versiculo ». Coninck autem, *de Fide*, disp. 18, n. 179, i. f., affert tantum Sanchezii sententiam, ponen- tem materiae parvitatem in unius paginae lectione. Ipsum Sanchez vide supra nota a.

<sup>17</sup> e) Sporer dicit tres paginas legere, post factum non esse damnandum de mortali; Mar- chant dicit plures paginas; Croix vero, unam paginam, « et forte amplius ».

7. - Dubitatur<sup>1</sup>. An incurrat excom- municationem, qui legit haeretici concio- nem aut epistolam seorsim editam?

Affirmant alii: Suarez, Farinacius apud Salmant.<sup>1</sup> — Sed negant alii: Sanchez<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup> cum Laymann<sup>4</sup>, Mar- chant, etc., Salmant.<sup>5</sup>, ac Bonacina<sup>6</sup>, Castropalaus<sup>7</sup> et Lugo apud Croix<sup>8</sup>. Ratio, quia revera hujusmodi concio vel epistola non potest dici liber; et in hac re dicunt stricte faciendam esse interpre- tationem, cum agatur de re odiosa, utpote de poena incurrenda.

8. - Dubitatur<sup>2</sup>. An incurrant cen- suram legentes manuscripta haereticorum?

Negant Azor<sup>1</sup>, Viva et alii cum Sil- vio<sup>2</sup> (qui Silvius insuper pro hac opi- nione quamdam declarationem S. Congre- gationis profert); Azor<sup>3</sup>, Barbosa<sup>4</sup>, etc. apud Croix<sup>5</sup>, Viva<sup>6</sup>. — Affirmant tamen constanter Holzmann<sup>7</sup>, Sporer<sup>8</sup>, Croix<sup>9</sup> cum Suarez, Sanchez, etc., dicentes, ma- nuscripta adhuc venire sub nomine libro- rum, sicut olim ipsa, antequam typus inventus esset, pariter libri appellaban-

*Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 10. — *Farin.*, de Haeresi, qu. 180, n. 31. — <sup>1</sup> Tr. 10, cap. 4, n. 72. — <sup>2</sup> Decal., lib. 2, cap. 10, n. 29. — *Marchant*, loc. cit., sect. 4, qu. 3, dub. 2, resp. 2. — *Lugo*, de Fide, disp. 21, n. 33. — <sup>3</sup> Lib. 7, n. 337. — *Viva*, in propos. 45 Alex. VII, n. 10. — <sup>4</sup> Loc.

7. - a) Holzmann, *de Virtut. theol.*, n. 77, v. *Dicitur* 6, consentit, limitans: « Nisi forte talis concio vel epistola ascenderet ad quan- titatem decem foliorum ». — Eandemque limi- tationem affert Palaus, *tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, n. 5*. Attamen hic auctor, etsi secundam sententiam sic explicatam probabilem habeat, in praxi tamen priorem sententiam tenendam esse dicit.

<sup>4</sup> b) Laymann, *lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 3*, exponit hanc sententiam ejusque fundamenta; unde videtur eidem adhaerere, quamvis prio- rem vocat valde verisimilem.

<sup>5</sup> c) Salmant., *tr. 10, cap. 4, n. 72*, hanc sen- tentiam vocant probabilem; sed ipsi tenent oppositam.

<sup>6</sup> d) Bonacina huic sententiae videtur con- sentire, cum eam non reprobet, « modo illa compositio (ita ille *disp. 2, de Excom.*, qu. 5, punct. 4, n. 19), communi loquendi modo uno folio contineatur ».

8. - a) Croix minus recte auctores alle- gat; ii enim non de haereticorum manuscri- ptis disputant, sed de Tridentini decreto circa libros de rebus sacris tractantes: « Qui... scri-

tur; utque etiam nunc manuscripta, ubi adnotantur baptismata et matrimonia, a Rituali et ab omnibus adhuc libri vo- cantur. De praefata autem declaratione S. Congregationis respondent satis non constare.

Censeo quidem, hanc sententiam omni- no esse consulendam, quia in hac re expe- dit ordinarie rigidiores opiniones sequi. Caeterum rationes supra allatae non vi- dentur satis convincere; nam hodie no- mine librorum proprie libri intelliguntur, non manuscripta. Maxime tamen adver- tendum quod ex praescriptis in Indice Ro- mano<sup>1</sup>, incurrit excommunicationem ipso facto, qui *libros haereticorum, vel cujus- vis auctoris scripta, ob haeresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata at- que prohibita, legerit, sive habuerit*.

9. - Dubitatur<sup>3</sup>. An excommunicatio irretiatur, qui audit alterum, librum haeticum legentem?

Alii affirmant: Laymann<sup>1</sup>, Azor<sup>2</sup>, etc. Sed communis et probabilis negant alii, modo non induxerit alterum ad legen- dum: Sporer<sup>3</sup>, et Croix<sup>4</sup> cum Silvio, Pi-

cit. — <sup>5</sup> De Virtut. theol., n. 77, vers. *Dicitur* 6. — <sup>6</sup> In Decal., tr. 2, cap. 3, n. 39. — <sup>7</sup> Lib. 7, n. 339. — *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 10. — *Sanct.*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 28. — <sup>8</sup> In Decal., tr. 2, cap. 3, n. 43. — <sup>9</sup> Lib. 7, n. 342. — *Silvius*, in 2<sup>ae</sup>, qu. 11, art. 3, qu. 6, concl. 6.

pto (sunt verba Trid., *sess. 4, decret. de im- pressionem et usu sacror. libror.*), eos commu- nicant vel evulgant, nisi antea examinati proba- tique fuerint, eisdem poenis subjaceant [anathematis, etc.] quibus impressores ». Quae quidem auctores relati: Silvius, *Resol. var., opusc. 6, v. Libri*; Barbosa, *de Off. et Potest. episc., alleg. 90, n. 15*, ita explicant, ut ejus- modi libri possint aliis scripto communicari, dummodo non communicentur ut impriman- tur, aut per modum librorum. Et consentit Azor, *part. 1, lib. 8, cap. 17, qu. 4*. Inter- pretationem istam Silvius confirmat ex qua- dam S. C. declaratione, quam ipse ex *Compend. privil. Fratrum minorum, v. Impri- mere, annot. Cappuccini*, desumpsit, et cujus authenticum exemplum Sorbo affirmat exstare in archivo sui Ordinis.

<sup>4</sup> b) Haec indicis regula X non amplius ex- stat in nova constitutione *Officiorum*.

9. - a) Laymann, *lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 6*; Azor, *part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 4*, revera non dissentiunt ab opinione, quam S. Alphonsus communiorum et probabilio- rem vocat; et dicunt eum solum incurrere

Concio vel epistola seorsim edita.

Manuscripta veniunt sub nomine librorum.

Opinio hae- est consu- lenda.

Audiens le- gentem no- excommu- nicatur, nisi induxerit.

gnatello, Sayro, etc. Imo alii: Sanchez <sup>1</sup>, Castropalaus <sup>2</sup> cum Coninck <sup>b)</sup>, et Bonacina <sup>3</sup> cum Navarro <sup>c)</sup>, Reginaldo <sup>d)</sup>, etc., adhuc probabiliter excusant, etiam si induxerit. Et alii: Sporer <sup>e)</sup>, Sousa <sup>e)</sup> et Stephanus apud Lacroix <sup>f)</sup> excusant adhuc a peccato, si audiens nullum ex auditione timeat morale periculum perversionis.

10. - Notandum insuper, quod non sunt prohibiti libri catholicorum, qui verba haereticorum referunt ad eos confutandos; ut omnes communiter docent: Laymann <sup>4</sup> cum Navarro et Sanchez, ac Azor, Pignatellus et Bonacina apud Croix <sup>5</sup>. - Neque libri catholicorum, ubi adsunt alicujus haeretici notamenta sive scholia: dummodo (sapienter limitant Suarez, Pignatellus <sup>a)</sup>, etc.) hujusmodi notamenta non sint tam copiosa, ut potius liber illis, quam scriptis auctoris, constet. Suarez, Pignatellus <sup>a)</sup>, etc. apud Croix <sup>6</sup>. - Neque libri haereticorum, qui de alia materia tractant, quam spirituali, ut diximus, sed absque ullo errore; nam (ut diximus supra *num.* 5), quamvis vel solus error adhuc incidenter inesset in libro, quidquid aliqui dicant, liber revera damnatus existit <sup>b)</sup>.

*Pignatell.*, Consult. noviss., tom. 2, cons. 195, n. 62. - *Sayr.*, de Censur., lib. 3, cap. 5, n. 14. - <sup>1</sup> Decal., lib. 2, cap. 10, n. 48. - <sup>2</sup> Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 4. - <sup>3</sup> Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, n. 11. - *Steph. a S. Paulo*, tr. 3, disp. 1, n. 51. - <sup>4</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 1. - *Navar.*, Man., cap. 27, n. 56 v. f. - *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 23. - *Azor*, part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 2. - *Pignatell.*, Consultat. noviss., tom. 2, consult. 195, n. 79, v. *Legem vero*. - *Bonac.*, disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, n. 19. - <sup>5</sup> Lib. 7, n. 385. - *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 18; et de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 11. - <sup>6</sup> Lib. 7,

excommunicationem, qui alium legentem addit, quem ad legendum ipse induxit.

<sup>b)</sup> Coninck, *de Fide, disp. 18, dub. 11, n. 178*, sic mentem suam aperit: « Non est omnino improbabile [audientem non incurrere excommunicationem]; et certum puto, quando audiens non est causa lectionis ». Et ita etiam a Palao allegatur.

<sup>c)</sup> Navarrus, a Bonacina allegatus ut refert S. Alphonsus, non aliud habet quam haec: « Non incideret audiendo eadem [haereticorum dicta], relata verbo per alium ». Ita Navarrus, in *Man.*, cap. 27, n. 56.

<sup>d)</sup> Reginaldus perperam a Bonacina pro hac sententia allegatur; ipse enim, *lib. 9, n. 251*, disertis verbis tenet sententiam, quam S. Alphonsus communiorem et probabiliorum appellat; affirmat scilicet in excommunica-

11. - Incurrunt autem excommunicationem non solum legentes libros haereticorum prohibitos, ut supra, sed etiam qui illos *retinent*. - Quapropter qui eos habet, tenetur quamprimum, juxta praeceptum Pii IV, tradere vel inquisitoribus vel episcopis. Et loquendo pro regnis ubi viget inquisitio, dicit Pater Suarez cum aliis (Barbosa, Dicastillo apud Croix <sup>7</sup>), incurtere censuram etiam qui librum non tradit, quamvis comburat. Sed communiter excusant alii (Salmant. <sup>8</sup>, et Croix <sup>a)</sup>) cum Sanchez, Pignatello et Filliuccio, quia (ut ajunt) qui librum destruit, nequit amplius dici quod retineat. - De caetero, non excusatur qui librum retinet etiam nomine alterius, v. gr. in deposito, mutuo aut pignore: nec qui librum suum tradit alteri ad tenendum; quia retento sibi dominio, ipse etiam dicitur retinere, cum possit illum suo arbitrio repetere. Ita DD. communiter: Suarez <sup>9</sup>, Sanchez <sup>10</sup>, Castropalaus <sup>11</sup>, Roncaglia <sup>12</sup>, Salmant. <sup>13</sup>, Croix <sup>14</sup>, Bonacina <sup>15</sup>, etc.

Praeterea hic advertenda est propositio 45 proscripta ab Alexandro VII, quae dicebat: *Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, etc.* Dicit

n. 334. - *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 23. - *Barb.*, de Off. et Potest. episc., alleg. 90, n. 5. - *Dicast.*, de Censur., disp. 3, num. 1208. - <sup>1</sup> Lib. 7, num. 355. - <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 4, num. 74. - *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, num. 56. - *Pignatell.*, loc. cit., n. 105, v. *Exinde asserendum*. - *Fill.*, tr. 16, cap. 2, num. 45. - <sup>3</sup> De Fide, disput. 20, sect. 2, num. 21. - <sup>4</sup> In Decal., lib. 2, cap. 10, num. 52. - <sup>5</sup> Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, num. 7. - <sup>6</sup> Tr. 4, de Censur., qu. 3, cap. 1, quae. 2, resp. 4. - <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 4, num. 74. - <sup>8</sup> Lib. 7, n. 347. - <sup>9</sup> Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, num. 15.

tionem incidere eum, « qui audiat alium quem ad legendum induxit ».

<sup>e)</sup> Neque Sporer, *Decal.*, tr. 2, cap. 3, n. 43; neque Sousa, *de Censuris bullae Coenae, cap. 2, disp. 14, n. 2*, hujus excusationis mentionem faciunt, nec pro ea citantur a Croix.

<sup>f)</sup> Quamvis Stephanus a S. Paulo revera hoc teneat, *loc. cit.*, Croix tamen, *lib. 7, n. 342*, eum non citat pro hac parte.

10. - <sup>a)</sup> Pignatellus, quamvis pro hac limitatione a Croix citetur, eam tamen omnino praetermittit.

<sup>b)</sup> Ex nova constitutione *Officiorum*, ejusmodi liber nequit amplius dici damnatus. Cfr. supra *cap. 4, n. 20*, nota d.

II. - <sup>a)</sup> Hoc loco de duplici excommunicationis vinculo auctores disputant. Unum sci-

tamen Lacroix <sup>1</sup> cum Verjuys, excusari qui tradit librum, ut retineatur in locis sequestratis, qui solent assignari in singulis monasteriis. Caeterum, si quis deponeret librum apud habentem licentiam, cum expresso pacto non repetendi (ita ut aliter non teneatur reddere), nisi post expurgationem, vel post licentiam impetratam, hunc non auderem damnare; quia in hoc videtur omnino cessare periculum legendi absque dispensatione; et tanto minus damnarem, si donaret absolute librum habenti licentiam, sub conditione ut reddat ipsi donanti, si deinde licentiam obtinebit.

Excusatur etiam a censura qui librum

retinet per breve tempus, v. gr. uno vel altero die; ut docent communiter DD., Laymann <sup>2</sup>, Bonacina <sup>3</sup>, Castropalaus <sup>4</sup>, Holzmann <sup>5</sup> cum Sanchez, Sayro, etc. Idque admittunt alii, Castropalaus <sup>6</sup> et Viva <sup>7</sup> (quoad excusandum retinentem a censura), etiamsi ipse in illo brevi tempore intenderet perpetuo librum retinere; quia (ut ajunt) deficit tunc materia gratia circa actionem externam. - Praeterea, alii plures, Sanchez <sup>8</sup>, Laymann <sup>9</sup> cum Sayro <sup>b)</sup> ac Graffio, et Pignatellus ac Stoz apud Croix <sup>10</sup>, eum excusant, etiamsi diu retineret, exspectans tamen tempus opportunum, ut librum superiori vel habenti licentiam tradat.

<sup>1</sup> Lib. 7, n. 352. - *Verjuys*, Pastoral. missionarior., tr. 5, art. 8, i. f. - <sup>2</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 7, sub II. - <sup>3</sup> Disp. 2, de Excom., quae. 5, punct. 4, n. 15. - <sup>4</sup> Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, num. 11. - <sup>5</sup> De Virtut. theol., n. 77, vers. *Dicitur 10.* - *Sanch.*, (non citat. ab Holzm.) Decal., lib. 2, cap. 10, n. 55. - *Sayr.*, (nec citat. ab Holzm.) de

Censur., lib. 3, cap. 5, n. 16. - <sup>6</sup> Loc. cit. - <sup>7</sup> De Censur., qu. 5, art. 1, num. 9, dubit. 2<sup>a</sup>, i. f. - <sup>8</sup> Loc. cit. - <sup>9</sup> Loc. cit., sub III. - *Graff.*, Decision. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 47. - *Pignatell.*, Consult. noviss., tom. 2, consult. 195, n. 99, v. *Si vero aliquis*. - *Stoz*, Tribun. poenit., lib. 1, part. 3, n. 539. - <sup>10</sup> Lib. 7, n. 351.

licet ex praecepto Pii IV, jubentis haereticorum vel de haeresi suspectos libros inquisitoribus tradi (Brevi *Cum pro munere*, 24 Mart. 1564, § 4, in Bullar. Rom. Mainardi); quod Suarez et Dicastillus putant incurri, ab eo qui librum non tradit, quamvis comburat; negant vero Sanchez, Pignatellus; quod etiam indicant Salmant. Et hanc sententiam probabiliter existimat Croix, sed oppositam probabiliorum. Alterum autem excommunicationis vinculum ex bulla Coenae: quod omnes negant incurri. - Barbosa tamen absque ulla distinctione negat eos qui prohibitos libros habent,

satisfacere « illos comburendo, sed necessario eos deferre debent ad inquisitores ».

<sup>b)</sup> Sayrus, quamvis a Laymann citetur ut asserit S. Alphonsus, non tamen extendit hanc licentiam ad longum tempus, et vult libros statim deferendos esse ad eos, ad quos spectat: « intelligendo statim (ita Sayrus, *de Censur.*, lib. 3, cap. 5, n. 16), hoc est moraliter quam primum commode poterit; si tamen *unum vel alterum diem* apud se teneret, cum proposito eum deferendi quamprimum commode poterit, dummodo absit fraus et dolus », hic in censuram non incidit.

Libri catholici, referentes verba haereticorum.

Libri haereticorum de alia materia tractantes.

Retinentes excommunicantur.

Exceptiones.

Satisfacit qui comburit.

Non excusatur retinens nomine alterius.

Excusatur retinens per breve tempus.